custodie perpetuo damnatam [illegible] laqueoque circundata
per publicum ad necem trahebatur. Postquam igitur eum finem vite
habere nunciabatur omnium favor secutus erat. votis secundo ce
lebratis peractisque solenniter in palacium recedebant. et alios quidem
epulis excipientes consules de more invitari faciebant ut cene
adessent. deinde rogari quominus venirent ne celebritate illius
diei maiore quispiam imperio subductum sive locum sibi preoccupa
ret. Aliis autem omnibus domi conviviorum instructi erant appa
ratus. sicque omnium plausu ultra omnem consuetum honorandi mo
hunc faustum et foelicem diem ob rem publicam auctam: imperiique
populi Ro. propagatum, et malorum civilium finem urbs Romana
celebrabat.

De coronis leges Capitulum. VI.

Interest coronarum quoque maiestatem speciali consideratione meti
ri. tempore quibus ingens dignitas inest et ingentissimum ad for
titudinem calcar morem namque hunc a veteribus traditum incitandos
ad animos romana prudentia tenuit. Quod imperator re bene fauste
ac foeliciter gesta tribunal ascenderet. Contionemque advocaret militis:
ut operam quam navasset quisque laudaret virtutis quoque ad testimo
nium ut esset favoris qualitas de re publica bene meritos corona dona
ret: utque ab ipsis propemodum in cunabulis ordiar teniores in usu
antiqui habebant Strophios appellantes. unde nata et Strophiola.
Quin etiam vocabulum ipsum tandem communicatum est inter sacros
et bellicos honores, coronis sibi nomen suum vindicantibus. Quos
vero e floribus fierent serta a serendo. Sertae appellare sunt. Suatia
eadem ob similitudinem suavi cuiusdam negociatoris cognomi
nata. Quod apud grecos quoque non adeo antiquitus placuit. Arbo
rum enim ramis coronari in sacris certaminibus mos erat. Primo
in castrisque romanis aliquandiu observatum. Sic Romulus frondea
coronavit Hostilium Tulli hostilii Regis avum quod fidenas primus
irrupisset. Sic P. Decium patrem tribunum militum frondea
donavit exercitus ab eo imperatore Cornelio cosso Consule. Sam
nitium bellum [illegible]. Postea variari ceptum mixtura versicolo
rum florum [illegible] colores [illegible]. Hec imponi [illegible]
quorumcumque [illegible] severitate admissi. horum enim
licentie exemplum apud maiores [illegible] qui in filia divi
Augusti [illegible] coronatum Marsiam litterere
illius iudicant [illegible] honorem Scipioni
tantum [illegible] quum [illegible]
coronam e floribus capiti [illegible] atque ob id [illegible]